

stantinopoleos Episcopus : & Severianus Gabalorum : & Sanctus Theodotus qui Ancyra p̄fuit : & Johannes Constantino-
polo- e Cappadocia genus trahens , & cognomine , homo virtutis domicilium : & Sanctus Eulogius Ale-
xandria Archiepiscopus , qui multis verbis Acephalorum sententiam refellit : & Sanctus Johannes Scythopoleos Episcopus , qui docte & pie de Syodo Chalcedonensi scrip-
tit : & Heraclianus Episcopus Chalcedonis , qui maximum cum Manichaeis certamen init : & Leontius solitarium & monasticam vitam ducens : & Sanctus Anastasius Theopoleos Episcopus ; & Simeonius (1) Monachus & Presbyter ; testimaniū vero , quod hunc Sanctum agnoscit , ex ejus Epistola ad Justinianum Imperatorem , quæ etiam contra Nestorianos & Eutychianos digladiatur , de promptum est . Ipse vero Justinianus pius Imperator , in iis , quæ ad Zoilum Patriarcham Alexandrinum scriptit , hanc Epistolam Thesaurum nominavit : sed & Constantinus quidam , dignitate Quæstoria , ipse quoque contra impium Theodosium scriptit , unde testimonia de duabus in Christo operationibus describuntur . Ad hos omnes accedit Theophilus , unus e piis & doctis , qui in scriptis suis cum Se-
vero plurimum pugnat , quem odiosus & contentiousus Se-
starius , Librarium , ipse pessimus Librarius , per contumeliam nominat . Hæc quidem testimonia , quæ Liber hic continebat , e Sanctis illis prius nominatis Patribus de-
promta sunt . Utilia vero effent ad reprehendendum eos , qui unam tantum in Christo operationem afferunt . Conti-
nebatur etiam testimonium in supradictis quoddam , e Li-
bro quodam sine inscriptione positum . Liber vero , unde testimonium erat petitum , Severum his verbis reprehendit
sum clare demonstrabat . Defunct porro , quæ Photius ex hoc Libro exscriperat .

C A-

(1) Photius in Biblioth. Cod. 229. de Ephremi Patriarche Antiocheni Libro , qui de factis Antiochiae Legibus inscribitur , p. 83. ait , ab Ephremio landata Epis-
tolas Simeonis , Baradati , & Jacobi ad Basiliū Antiocheni Episcopum , ubi Schotus
hac Photii verba : ὁ ἐποφῆτης ἐφρέμιος παρατίθεται εἰπολάς γέ τε ἐν
ἀγίοις συμάρτωσ , τό τοῦ εν τῷ κινεῖ σάσιν ἀθλήσαντος , perperam sic La-
tine riddit : „ Vir Dei Ephremius apponit Epistolas S. Simeonis , qui in seditione
Cionensis occubuit „ . Quum dicere debuisset , „ qui in columna stationem athle-
tice peregit : hos est , qui Styliques fuit „ .